



**Questiones spiritualis [con]iuiuij delicias preferentes,  
super euangelijs tam de te[m]pore [quam] de sanctis**

**Johannes <de Turrecremata>**

**Lyon, 18. Jan. 1509**

In festo natiuitatis b[ea]te marie virginis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70506](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70506)

In festo natiuitatis bte marie virginis.

iuramento autem promissorio est duplex obligatio. Una qua quis obligat ad faciendum hoc quod iuramento promittit. Alia qua obligat ad peccatum si non fecerit. His igitur visis sciendum, quod sicut non omnis assertio est digna ut iuramento firmetur, ita nec omnis promissio, sed illa tantum que ad utilitatem aliquam pertinet. Unde si promissio que est de aliquo quod salutem impedit siue sit contrarium salutem, siue vice perfecte in salutem iuramento firmetur et hoc ipso iuramentum efficitur in debitum quasi actus cadens super indebitam materiam, unde obligatio scilicet obligatio que est ad peccatum nec remanet ei virtus obligandi prima obligatio est ad vitandum scilicet obligationem. Unde iuramentum quod de necessitate ad peccatum obligat ipso facto ab alia obligatione euacuat. Et ideo licet iuramentum herodis quod daret puellam saltati quod peteret, potuisset esse a principio licitum, intellecta debita conditione, sed si peteret quod dare deceret, impletio tamen iuramenti fuit illicita, et ideo non obligabatur in aliquo. Unde Ambrosius libro de officiis. Est contra officium nonnunquam promissum soluere iuramentum, sicut herodes qui necem iobis, prestatum ne promissum negaret. Ad rationem in oppositum respondeo, quod iuramentum ioseph non erat de eo quod si se esset illicitum, sicut est adulterium, homicidium, et similia, sed de

eo quod factum erat illicitum, quod prohibuit. Unde in hoc sufficiebat serua re intentionem prohibentis. Et ideo dicit Ambrosius libro de officiis. Dulctavit eos meliori morte, sed obsequio ministerij diuini, ut esset clementior sententia, sed diuina, et sic quodammodo occisi sunt morte legali que est seruitus.



**M** festo natiuitatis beate marie virginis, est euangelium. Liber generationis etc. Dat. j. Circa quod possunt disputari sequentes

questiones. **Q**uoniam prima, verum quod descendit secundum carnem de semine dauid. **Q**uoniam secunda, verum quod beata maria fuerit sanctificata ante natiuitatem ex utero. **Q**uoniam tertia, verum quod beata maria sanctificationem obtinuerit gratie plenitudinem siue perfectionem,



**Q**uoniam prima questione sic proceditur. Et videtur quod christus non descendit secundum carnem de semine dauid. **Q**uoniam prima sic. Mat

theus in presenti euangelio. Liber generationis, genealogia christi recensens eam ad ioseph perducit. Ioseph autem non fuit pater christi, non



In festo nat. bte marie vrginis. Fo. ccccviij.

ergo videt qd rps de semine dauid descendit. licet ioseph sic. **¶** Secundo sic. aaron fuit de tribu leui. vt patz Exodi. viij. Maria autem mater christi cognata dz Elizabeth que est filia aaron vt patz luce. i. cum ergo dauid de tribu iuda fuerit. vt patz mar. i. videt qd christus de semine dauid non descendit. **¶** Tertio sic. Diere. xxiij. dz de iechonia. Scribe virum istum sterilem. nec enim erit de semine eius vir qui sedeat super solum dauid. sed de christo dicitur ysa. ix. Super solum dauid sedebit. ergo christus non fuit de semine iechonie. nec per coseques de semine dauid. qz mattheus a dauid per iechoniam seriem generationis perducit. **¶** In oppositum est euangeliz presens. Liber generationis. **¶** Respondeo dicendum. qd christus fm carne descendit de semine dauid. Ita conclusio patz per apostolum ad Roma. i. qui de christo loquens ait. Qui factus est ex semine dauid fm carnem. Pro quo notandum qd specialiter rps dz filius esse abraham et dauid. vt patz in principio euangelij. Cui est multiplex ratio. Cui habet. iij. pte. q. xxxj. ar. ij. **¶** Prima. qz ad hos specialis de christo repromissio facta est. Dicitur enim abrahe Genes. xij. Benedicentur in te omnes generationes. quod apostolus de christo exponit. ad Gal. iii. Abrahe dicte sunt repromissiones r semini eius. Non dicitur

seminibus quasi in multis. s; quasi in vno. r semini tuo quod est christus. Ad dauid autem dictum est. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Unde r populi iudeorum vt regem honorifice suscipientes christum dicebant. mathei. xxj. osanna filio dauid. **¶** Secunda ratio est. qz rps futurus erat rex et propheta r sacerdos. Abraham autem sacerdos fuit dum impleuit officium sacerdotis offeredo hostiam domino. Unde dñs ad eum Gen. xv. Sumetibi vaccam triennem r c. Fuit etiam ppheta fm illud quod dz Gen. xx. Propheta est r orabit p te. Dauid autem rex fuit r ppheta. **¶** Tertia ratio est. qz in abraham primo incepit circumcisio in dauid autem maxime manifesta est dei electio. fm illud. i. Regum xij. Quesiuit sibi dominus virum iuxta cor suum. Et ideo vtriuq; filius christus convenientissime est vt ostendatur esse in salutem circumcissioni et electioni gentilium. **¶** Ad rationes in oppositum. **¶** Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia vt dicit Augustinus Cum euangelista Mattheus dicat virum marie ioseph esse. et christi matrem virginem esse. christus ex semine dauid. quid restat nisi credere. et mariam non fuisse extraneam a generatione dauid r eaz ioseph coniugem no frustra appellatam ppter animoꝝ cosederatione. quis ei no fuerit co-



### In festo natiuitatis beate marie virginis.

mictus. Et hiero. sup mattheuz dicit. Et vna tribu fuit ioseph maria. Unde etiam fm legem eas accipere cogebatur vt ppin quam. ppter qd r simul censent in bethleem. quasi de vna stirpe generati. ¶ Ad secundam rñdet iuxta sententiam augustini contra faustū. qd si ioachiz pat marie de stirpe aarō fuit vt faustus per qsdā scripturas apocriphas asserbat. credendū est qd mater ioachim fuit de stirpe dauid. r sic in christo fuerunt iuncte reginz genus et sacerdotale. vt dicit gregorius Nazanzenus oportet qd christus qui est rex et sacerdos ab vtroq nasceret fm carnem. ¶ Ad tertiam respondef negando psequentia. Et ratio est quoniam p illam auctoritatem propheticam sicut ambrosius dicit super Lucam. non negatur ex semine Iechonie posteros nascituros. r ideo christus de semine eius est. non em̄ seculari honore regnauit. ipse em̄ dixit. Regnuz meum non est de hoc mundo.



¶ **D**secundā questionē sic pcedit. Et videtur qd beata maria non fuerit sanctificata añ natiuitatem ex vtero. ¶ Primo sic dicit apostolus. 1. Cor. xv. Non prius qd spūale est sed qd animale. deinde quod spūale est. s3 per

gratiam sanctificatā nascit homo spūaliter in filium dei. fm illud Job. j. Ex ideo nati sunt. natiuitas aut ex vtero est natiuitas animalis. non ergo beata virgo prius fuit sanctificata qd ex vtero nasceretur. ¶ Secdo. Sicut dicit angustinus ad Dardanū. Sanctificatio qua effimur templū dei non nisi renatoz est. nemo autem renascitur nisi prius nascat. ergo beata virgo non fuit prius sanctificata qd ex vtero nasceret. ¶ Tertio sic. Dicit hieronymus. Non mihi credas si aliqd tibi dixerō qd ex veteri r nouo testamēto haberi nō possit. sed de sanctificatione beate marie in vtero nihil habetur in aliquo testamēto. ergo non est credēdū eam fuisse sanctificatā. ¶ In oppositum est qd ecclesia celebrat natiuitatem beate virginis. non autē celebratur festum in ecclesia nisi si pro aliquo sancto. ergo beata maria fuit in sua natiuitate sancta. ¶ Rñdeo dicendū. iuxta sanctū thomā in tertia pre (q. xxvij. ar. j.) De sanctificatione beate marie sc3 qd fuerit sanctificata in vtero nihil in scriptura canonica traditur. q nec etiā de eius natiuitate mentionē facit. s3 sicut beatus angustinus. de assumptione ipsius virginis rationabiliter argumentatur. qd cum corpore assumpta sit in celuz. quod tamē scriptura nō tradit ita rationabiliter argumentari possumus. qd



fuerit sanctificata in utero. Ra-  
tionabiliter enim creditur quod illa quae  
genuit virginem a patre plenus  
gratiae veritatis pro omnibus alijs  
maiora gratiae privilegia accepit.  
Unde legitur. Lu. i. quod angelus ei  
dixit. Ave gratia plena. Inveni-  
mus autem quibusdam alijs hoc pri-  
vilegium esse concessum ut in utero  
sanctificarentur. sicut hieremie  
dictum est. Antequam exires be-  
nigna sanctificavi te. Et sicut iohannes  
baptista. de quo dictum est. Lu.  
i. quod spiritu sancto replebitur ex utero  
matris suae. Quae rationabiliter  
creditur quod beata virgo sanctifi-  
cata fuerit antequam ex utero nasce-  
retur. Unde beatus bernardus  
in matutinali officio in suo ser-  
mone quae legitur. istam orationem  
complectens. ita ait. Beatam vir-  
ginem omnibus modis constat ab  
originali contagio priusquam nasce-  
retur esse mundatam. quam nimis  
rum pietas christiana credere pro-  
hibet vel minus a hieremia in utero  
sanctificatam. vel non magis  
a iohanne spiritu sancto repletam.  
nec enim festiuis laudibus nascens  
honoraretur. si non sancta nasce-  
retur. Est itaque virgo regnavit  
bonorum titulis cumulata quae pro-  
culdubio sancta fuit antequam na-  
ta. ego puto quod copiosior sancti-  
ficationis benedictio in ipsa quam  
in alijs sanctis ab utero sanctifi-  
catis descenderit. quae non solum ip-  
sum ortum sanctificavit. sed vitam  
eius ab omni peccato deinceps  
immunem conservaret quod alteri

neini in natiis mulierum cre-  
ditur esse donatum. hec bernardus.  
Ad rationes in oppositum. Ad  
primam respondet. quod etiam in bea-  
ta virgine prius fuit animale et  
post id quod est spirituale. quod prius fuit  
sine carnem concepta. et postea sine  
spiritum sanctificata. Ad se-  
cundam respondet. quod augustinus  
loquitur de regeneratione quae fit  
sine legem communem sine qua per  
sacramenta non regenerantur alijs  
qui nisi prius nati. sed deus huic  
legi sacramentorum potentiam suam  
non alligavit quin aliquibus ex  
spirituali privilegio gratiam suam  
conferre possit antequam nascantur ex  
utero. Ad tertiam respondetur. ut  
habetur. iij. sen. di. iij. q. i. ar. i. q.  
iij. ad iij. quod quibus sanctificatio  
beate virginis in utero expressa in  
scriptura veteris et novi testamē-  
ti non legitur tamen pro certo haberi  
potest ex his quae ibi leguntur. Si  
enim hieremias et iohannes sancti-  
ficati sunt quod christum pronuntiaverunt  
in multo magis beata virgo quam christum  
genuit. unde non fallitur eccle-  
sia sanctum reputans suae natiuitatis  
diem ut inquit. bernardus.



**D** tertiam  
questionem sic  
procedit. Et vi-  
detur quod beata  
virgo per sancti-  
ficationem  
in utero non ob-  
tinuerit gratiae plenitudinem. Quod  
primo sic. Hoc enim videtur pertinere



### In festo natiuitatis bte marie virginis.

ad privilegium xpi. fm illud. Io  
hannis. j. Vidimus eu quasi vni  
genitum a patre plenu gratie et  
veritatis. sed ea que sunt p  
ria  
christi no sunt alijs attribuenda  
ergo beata virgo plenitudinem  
gratie non accepit in sanctifica  
tione. ¶ Secdo sic. Et qd est ple  
num et pfectum non restat aliud  
addendum. qz perfectu est cui ni  
hil deest. vt dz. iij. phi. Postq au  
tem nata est addicione gfe su  
scepit qm xpm accepit. dictuz em  
est ei. Spussanctus superueniet  
in te. Iterum qm in gloriay est  
assumpta. ergo videt q non ha  
buerit in pma sua sanctificatio  
ne plenitudinem gratiay. ¶ Ter  
tio. Deus non facit aliquid fru  
stra. frustra aut habuisset aliqs  
gratias cu earu vsus nunq exer  
cuit. Non em legitur eam docuiss  
e qd est actus sapientie. aut mi  
racula fecisse. qd est actus gratie  
gratis date. non ergo habuit ple  
nitudinem gratiay in sanctifi  
catione sua prima. ¶ In opposi  
tum est qd angelus ad eam dixit  
Bene gratia plena. qd exponens  
hiero. in sermone de assumptione  
dicit. Bene gra plena q ceteris p  
partes pstat. Marie vero se to  
ta simul infudit gratie plentu  
do. ¶ Respondeo dicendu. q bea  
ta virgo in sua sanctificatioe re  
cepit sine obtinuit gratie plentu  
dine. Ista conclusio ostendit iur  
ta sanctum thoma (iij. p. q. xxvij.  
ar. v.) Quanto aliqd magis ap  
propinquat pncipio in quolibet

genere. tanto magis picipat ef  
fectum illius principij. Unde di  
cit dionysius. iij. celestis hierar  
chie. qz angeli qui sunt deo ppin  
quiores magis picipant de bo  
nitatibus diuinis q homines.  
Christus aut est principium gfe  
fm diuinitatem quasi auctorida  
tine. fm huanitatem miserialit.  
Unde et iob. j. dz. Gratia et veri  
tas per ihm xpm facta est. beata  
autem. virgo maria ppinquissima  
xpo fuit sz humanitate. qz ex ea  
accepit humanam naturam. et ideo  
preceteris maiore debuit a xpo  
plenitudines gratie obtinere. et  
ita obtinuit. ¶ Ad ratios in op  
positum. ¶ Ad primam rñdetur.  
negando psequentiam. Et ratio  
est. qz alia et alia e plenitudo gfe  
christi et beate marie. Pro quo  
notandum. qz unicuiqz a deo da  
tur gratia fm hoc ad qd eligit. et  
qz xps inquantu homo fuit pde  
stinatus et electus vt esset pde  
stinatus filius dei in virtute san  
ctificationis. hoc fuit ppriu sibi  
vt haberet tale plenitudines gfe  
qz redundaret in omes. fm qd dz  
iob. j. De plenitudine eius omnes  
accepimus. sed beata virgo ma  
ria tantam gratie obtinuit plentu  
dinem vt esset propinquissima  
autori gratie. ita qz eum. qui est  
plenus omni gratia in se reciperet  
et euz pariedo quoda modo gra  
tiam ad omes deriuaret. ¶ Ad  
secundam rñdetur. negando con  
sequentiam. Et ratio est. qz multi  
plex est perfectio gratie. Sicut



In festo exaltatiōis sctē crucis. fo.ccll.

em̄ in naturalibus. prima est perfectio dispositionis. puta cū materia est perfecte ad formam disposita. Scda est perfectio forme que est potior. Nam et ipse calor perfectior est q̄ provenit ex forma ignis. q̄ ille q̄ ad formam disposita spondebat. Tertia autē est perfectio finis. sicut cum ignis habet perfectissime suas q̄litates. cū ad locum suum peruenit. Et similiter in beata virgine fuit triplex perfectio gratie. vt ait sanctus thomas (vbi. s. ad. ij.) Prima q̄dem perfectio dispositiua p̄ quā reddebatur idonea ad hoc q̄ esset mater xp̄i. et hoc fuit perfectio sanctificationis. Scda autē perfectio gratie fuit in beata virgine ex presentia filij dei in ei⁹ utero incarnati. Tertia autē perfectio est finis quem habet in gloria q̄ autem scda perfectio sit potior q̄ prima. et tertia q̄ scda. patet quidem. Vno modo p̄ liberationem a malo. nam p̄mo in sua sanctificatione fuit liberata a peccato originali. Secundo in conceptiōe filij sui totalit̄ mudata a fomite. Tertio vero in glorificatione fuit liberata etiā ab omni miseria. Alio modo p̄ ordinem ab bonum. nam primo in sua sanctificatione adeptā est gratiam inclinantem eam ad bonū. In conceptione autē filij dei collata est ei gratia p̄firmās eam in bono. In sui dō glorificatione cōfirmata est gratia p̄ficiens eam in fructu omnis boni. Ad tertiam re-

spondetur. negando sequentiā. Unde dicim⁹ cū sancto thoma (vbi. s. ad. ij.) q̄ non est dubitandum quin beata v̄go accepit excellentē et etiam donū sapientie et gratiam virtutum prophetie. sicut habuit xp̄s non tamen accepit vt haberet omnes vsus eaz et similit̄ gratiarum sicut habuit xp̄s. sed s̄m q̄ p̄ueniebat p̄ditio ni ipsius. Habuit enim vsum sapientie in p̄templando. s̄m illud Lu. ij. maria autem p̄seruabat omnia verba hec p̄ferens in corde suo. Non autem habuit vsum sapientie quātuz ad docendū. eo q̄ nō p̄ueniebat serui muliebri. s̄m illud. j. thi. ij. Docere autē mulier nō p̄mitto. Miraculoz autē vsus sibi non p̄petebat dum viueret. q̄ tunc temporis p̄firmāda erat doctrina xp̄i miraculis. ideo soli xp̄o et ei⁹ discipulis q̄ erat bap̄tuli doctrine xp̄i p̄ueniebat miracula facere. p̄pter qd̄ etiā de iohanne baptista d̄r ioh. ij. q̄ signū nullum fecit. vt scilicet omnes in christum intenderent. Vsum autem prophetie habuit vt patet in cantico quod fecit. Dominificat anima mea dominum.



In festo exaltatiōis sancte crucis est euangelium. In illo tempore. Dixit iesus turbis etc. Nunc iudicium est etc. Iohannis. duodesimo. Circa qd̄ possūt